



**Consolatio Desperantium, Seu Conciones De Magna Dei  
erga Peccatores serio poenitentes, comitate**

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1617**

I. Qvod Pater Prodigii Diversis considerationibus huc illucque agitatus,  
tandem rationibus misericordiæ persuasus sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56142](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56142)

QVOD PATER PRODIGI DIVERSIS  
*considerationibus huc illucque agitatus, tan-*  
*dem rationibus misericordiae per-*  
*suasus sit.*

**H**Æc formula loquendi, *Pater misericordia motus*  
*est*, suspicari me cogit, quod bonus ille Pater,  
 cum subito filium suum tam malè vestitum re-  
 ducem videret, diuersis & sibi contrariantib; ratio-  
 nib; agitatus fuerit, sc. An in domum, pristinaamq; gra-  
 tiã reciperet filiũ, an potius obstinata areaq; fronte  
 probè cõmeritum refelleret? Aduentũ ne ipsi gratu-  
 laretur, aut verbis maledicis, aut fustibus duris, aut  
 trisq; Carcerine m̃cipandus instar teræ siluestris es-  
 set, an vt prius libertati solita permittendus? Exiit  
 millenæ & millenæ cogitationes diuersæ & contra-  
 riæ, vt colluctantes inter se ventorum turbines, aut in  
 summis Alpibus annosam quercum, aut in medio oc-  
 ceano periclitantem nauem, nunc huc, nunc illuc,  
 donec in alteram partem inclinetur, agitare solent,  
 animum senis nostri conturbant.

*Virg. l. 1.  
 Æneid.*

*Vna Eurisq; Notusque ruunt, creberq; procellis  
 Africus, & vastos voluunt ad littora fluctus.*

Hinc enim zelus vindictæ Iustitiæ pallio conrecta  
 verisimilibus & appatentibus rationibus miserum  
 lum senem imperebat, dicens:

\* 1. Meruisse à domo paterna excludi, & dignũ qui  
 cum pauperibus fores paternas obseruet, & nõ inero-  
 mittatur, qui sua sponte, reclamante parente, calidis  
 lachrymis, interruptis singultibus & suspitiis abitam  
 deprecante, nec horam moratus paterna domo se e-  
 iecerat: Neque enim melioris iuris sunt filij familias  
 in ædibus paternis, quàm vxores in domibus marito-  
 rum. Et tamen si eorum aliqua dixerit:

*Osee 2.*

*Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi &  
 quas meas, lanam meam & limum meum, oleum meum*

Et potum meum: Et postmodum ei diuortium malè  
cesserit, vt solet, iuxta illud Ennodij,

*Credite mihi ultionem criminis, dum admittit crimen  
executa est: Et turpi mersa contubernio, Et flagitium, Et  
penam flagitij reperit in adultero.*

Ennod. l. 1.  
8. ep. 35.

ac poenitentia ducta dixerit, *Vadam Et reuertar ad  
virum meum priorè, quia bene mihi erat tunc magis quàm  
nunc; nam & maritus meus est, & primos amores ra-  
puit, Dux virginis meae: Redibo itaque ad illum,*  
nam

Ose. 2.

*Ille meos primus qui me sibi tuncxit, amores*

Virg. l. 4.

*Absulit, ille habeat secum seruetque sepulchro.*

Æneid.

tunc eius maritus, neque iure diuino, neque humano  
teneatur redeuntem in gratiam recipere, ad domū aut  
thorū admittere, sed perpetuum cum ipsa diuortium  
facere poterit, eò quod illa prior corpus suum marito  
suffurata alieno prostituerit, & fidem conjugalem  
extraneo se commiscens violarit.

*Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*

Hinc & Christus & Apostolus ob adulteriū perpetuū  
diuortium cōcedunt, *Omnis qui dimiserit uxorem exca-  
pta fornicationis causa, facit eam mœcham.* Cum itaque  
filius tuus prior à te recesserit, quamuis spōte redeat,  
in perpetuum excludere poteris. Ecquid enim iuris  
sibi superesse putat redeundi in familiam illam, à qua  
contra tot vestras preces & instantias seipsum eman-  
cipauit? Itaque, si discedit, discedat.

Matth. 5.

\* 2. Variis de causis leges Imperiales parentibus  
concedunt filios exhæredare: quarum vna est, si pa-  
tribus notabilem iniuriam intulerint. Et quam ma-  
iorem inferre potuit, cum quasi iugulo cultrum, pe-  
tori gladium admouens ad diuisionem bonorum te  
coegit, suam partem extorsit? Quid? suam gratiam, tuā  
mortem præuenit; imò eam tibi accelerare quantum  
potuit conatus; nam te bonis fulcro senectutis tuæ  
priuauit, timores & pauores senili animo militari ia-  
ciantia incussit, & hæc violentia patri illata abdic-  
ationem perpetuam non merebitur? Quid!

In Au-  
tent. col-  
lat. 8. vs  
cum de  
appell. §.  
alind. quo-  
que.

*Filius ante diem patrios inquirat in annos?*

Onil. 1.

Præ- Meta.

Præterea, si ob mala consortia frequentata exheredationem permittunt Imperatores, vide quæ collegia malorum implet pessimus non frequentarit, nã merito de eo dicit frater, *Dissipauit substantiam suam cum meretricibus*, & fama communis aliquid amplius me suspicari facit, nã indistinctè dicit, *Dissipauit substantiam suã viuẽdo luxuriose*, sub general. n. titulo Prodigalitatũs omnis excessus etiam imaginarius comprehendĩ potest. Deinde si ob inobedientiam notoriam & coram Iudice euictam liceat Patri exheredare filium, ita vt ne quidem ad alimenta præstanda aut sustentationem filij teneatur, & possit ipsum seminudum foras protrudere, quod iniuste in S. Franciscum coram Episcopo Assisinate pater eius exercuit, cur quales Prodigum istum in gratiam recipies, & ad successiõnem hereditatis quæ restat admittes? Cũ precor eunt de uo vesties & ditabis qui nunquam tibi obediens fuit, nec futurus apparet, cum in longinqua illa regione sine iugo & obedientia viuere, & concupiscentia & desiderijs regi consueuerit? Iam se ipsum emancipauit & exheredauit: seipsum pauperẽ hãt, vestibus spoliatur, & iuri suo renũciauit; & quare de uo tam rebellem exheredẽ heredẽ scribes, qui exheredari proueruit, & quẽ omnia iura exheredationem proueritum clamant? Cur non potius dicis, *laud illum quem magis amas quam Patrem, me heredem rogatum scribam, inimicum relinquam.*

\* 3. Si denuo in domum admittatur, toti familie & parenteie ignominie perpetue nota inuretur: Quoties enim in publicum prodibit, toties male actæ uitæ memoria refricabitur; toties aut ipsi aut suis præterita scelera audienda erunt; toties in fronte nouus pudor, in corde dolor omnibus probis orietur, omnibus materia discordie & luctus: Ob huius uisus presentiam plurimi se vestro consortio aliud ipsis gratissimo subducent, aut sane frontem pudoris, cor doloris periculo exponent, aut impudenter & verbo & gladio iniustam prodigi tui causam defendendam suscipient. Sin autẽ a domo tua exclusus, nec inter a-

Bonau. in  
Vita S.  
Francise.

micos,  
per ipsu  
petuam  
cogitatis  
populo, e

Vnu  
Si pro

\* 4. I  
tam in fi  
speculu  
nequiti  
simus ef  
eorum, e  
in scanda

Vnius

Vnaq

Dum

Modi

Nec ob

lato La

nes pere

tatis ca

tur eni

insicien

que etia

te, vt Il

puerum

quia cu

tenter a

cum illo

tionis d

bero hæ

mater d

derisera

tiam &

& Saran

micos

amicos, nec in patria vsquam conspectus fuerit, omnis per ipsum familiae iniusta ignominia in fumos & perpetuam obliuionem abibit. Vos nescitis quicquam, nec cogitatis; quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

Vnum pro multis detur caput

Virg.

Si propter illum tempestas hac grandis, tollite illum, Ion. 1.  
vt mittite in mare, & cessabit mare à vobis.

\* 4. In familiam se recipiatur periculum est ne totam inficiat, imò & seniore[m] fratrem obedientiae speculum & baculum senectutis tuae; nam omnium nequitiarum in his regionibus incognitarum peritissimus est; Commisti sunt inter gentes & didicerunt operarum, & seruiuerunt sculpsilibus eorum, & factum est illis in scandalum

Psal. 103

Grex totus in agris

Iuuen.

Vnius scabie cadit & prurigne porci.

Satyr. 2.

Vnaq; conspecta liuorem ducit ab vna. & alius:

Dum spectant laesos oculi laduntur & ipsi.

Ouid. l. 2.  
de Arte.

Modicum fermentum totam massam corrumpit.

Plutar. in

Nec ob alia causam Lycurgus prudentissimus legislator Lacedaemonis vetuit non solum ad exteras nationes peregrinari, verum etiam peregrinos nisi necessitatis causa in suam regionem admittere; verebatur enim suos ab exteris dissolutioribus moribus inficiendos: Hinc etiam factum quod Sara, adeoque etiam diuinum oraculum Abrahamum viderit, vt Ismaelem tredecim aut quindecim annorum puerum, vna cum matre sua domo exigeret, aut quia cum Isaac luserat, aut nimis saepe, irreuerenter aut minorem percutiens luserat; aut quia cum illo contenderat, praesagium futurae persecutionis de qua S. Paulus, & ambitionis qua seruus libero heredi & Domino suo imperare affectabat, & mater dono prophetiae praeuiderat; aut quia Isaacum deriserat, nam in Hebraeo textu est vox quae substantiam & illudere significat; imo quia & Abrahamum & Saram subsannarat; narrant enim quidam Do-

oycurgo.

Ioan. Boe-

mus l. 3. de

moribus

Gen. c. 3.

Petrus Co-

mestor.

Histor.

Scholast.

c. 61 in

Genes.

Vocabl.

Annot. 2.

in c. 21.

K

Stores Genes.

Stores Hebræi Abraham solemnem conuiuium instituisse, cumque ei omnes de nato Isaac patri iam facti gratularentur, nebulonem illum ex ancilla prognatum Abrahamum & Saram derisisse, quod videns Sara indicauit marito, quæ sanè opinio non omnino explodenda est: nam textu originali non legitur Ismaelem cum Isaac iussisse, sed à septuaginta hæc additio facta est, adeoque Paraphrasis Chaldaica simpliciter habet, *Vidit Sara ludentem*: aut secundum aliam traditionem hebræorum, quia Ismael cogebat Isaac adorare imagines luteas quas ipse confecerat, ut sic puero puer idololatram instillaret; aut quia ipsum ad actus lususque impudicos & lasciuos sollicitabat. Denique sic quicquid volet, quod Ismael Isaac fecerit, Sara videns aut timens suum Isaacum conuersatione Ismaelis deteriorem fieri, & eius scabie inficiendum si diutius domi retineretur, ut omnem malum vltioris cauam & occasionem præscinderet, marito suo dixit, *Fuge ancillam hanc, & filium eius; non enim eris hæres filius ancilla cum filio meo Isaac*; quod diuino oraculo monitus Abraham quamuis irascens & dolens impleuit, iussus in hac re uxori obsequi. Hæc enim prudens matrona omnes parentes præmonuit, ut tempestiuè & remotissimè oculis prolium suarum auferant omnia irritamenta malorum, omnem materiam corruptionum, omnia mala exempla, quæ teneræ ipsorum aetatis, quæ tabulis illis ralis, & instar ceræ omni formæ idoneis scândalo esse possint, cum ex natura vitio facilius malas quam bonas formas recipiamus: certum est Auditores, nec aliter euenire solet, quam ut similes eorum efficiamur cum quibus familiariter & multo tempore conuersamur.

Senec. l. 3. de Ira capit. 7. *Sumuntur à conuersantibus mores: Et ut quedam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit.* Ebrissus

Petrus Comestor supra.

*fitu conuictores in amore vini traxit. Impudicorum coetus, fortem quoque & silicem virum emollit. Avarus in proximos virus suum transtulit: Nec tam valetudine profuit vitis regio, quam animis parum firmis in turba meliorum versari.*

Item l. de vita beata, cap. 1. *Versat nos & precipitat traditus per manus error, alienisque perimus exempla.*

D. Hieron. *Talis quisque afficitur, qualium societate fruatur.*

*Oscit ante vno oscitat & alter.*

*Claudo vel vni si propinquus manseris,*

*Disces & ipse claudicare protinus.*

Et quid? Abraham suum affectum superavit, & foras eiecit filium suum tredecim aut quindecim annorum, qui nunquam alium quam patrium fumum viderat, nunquam à parente abierat, solum cum fratre iusserat, cum pueris iusus aded naturalis sit, vt græci nomine à ludo derivato pueros appellent: puer enim græce vocatur *παις*, inde vox fit *παιδια*, id est, ludus, à verbo *παισσω*, ludo: & tu adultum illum iuuenem recipies, qui sponte sua iam extraneus est: hoc lupanarium columen, hunc exolecum scurram, hoc prostibulum & mille meretricum excrementum, dissipavit substantiam suam cum meretricibus. Itane seniore filium, hominem prudentem & probum, periculo tanto, ne ab hoc desperato nebulone corrumpatur, expones? Itane benigno vultu, hilari animo, læto amplexu peregrinè venientem recipies qui mox ac admissus fuerit te ipsum eradidabit & foras eijcet? Si tibi minor ille natu tam charus esset quam oculi, tam necessarius quam manus, pedesque, omnino eijciendus esset, & nunc, qui seipsum eiecit, admittes? Egregiam verò laudem? *Virg. l. 4. An non recordaris illius: Si oculus tuus scandalizat te. Æneid. 8. meum, & projice ab te: bonum est tibi cum vno oculo Matth. 9.*

*intrare ad vitam, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.*

Si autem salus animarum tibi ita lenis videatur, cur te filium tuum seniore[m] totamque familiam tuam periculo infirmitatis corporalis expones? Itaque ut minori pessimè de te merito, scabioso, putrido, & morbo gallico laboranti benefacias, tibi, seniori, toti familiæ optimè de te meritis malefacies? Vah, non consideras malum Neapolitanum viscera eius depasci? ex halitu, in fronte totoque corpore luis illius indicia habes: An ignoras quam infestus, inhonestus, contagiosus & incurabilis hic morbus sit? contagio hæc in omnes dum simul edetis, bibetis, dormietis, & eandem auram quam ipse suo habitu infecit, respirando attrahetis, instar canci proserpet. Certe parum se suosque existimat, qui ut prodigo adolescenti fauorem impendat, se suosque periculo euidenti tam contagiosi & dedecorosi morbi obijcit. Pereat, pereat membrum putridum ut reliqua saluentur: *Immedicabile vulnus Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.*

\* 5. Si hunc in domum tuam ut filium recipis, stultè clementiæ nomen affectas: Quæ enim clementia est ut malefico parcas in multos innocentes defæuire? hoc manifestè crudelitatis est, illud effamati cordis:

*Qui iustificat impium, & condemnat iustum; abominabilis est uterque apud Deum.*

Si hunc prodigum domo admittas post tot scelera & flagitia, nunquid ut vestias nudum, ut dices qui legitimam suam dissipauit, ut honestè ei provideas qui contra omnem honestatem cum meretricibus vixit luxuriosè, necesse erit hæc omnia filio tuoleniori detrahere, filio inquam seniori & semper obedientissimo? Cur malitia minoris natu bonitatem maioris superabit? Si iniquum sit S. Paulum spoliare ut S. Petrus vestiatur, & quid erit innocentè denudare ut nequam amiciatur? *Recte iudicate filij hominum.*

*Psal. 57.*

\*. 6. A. B.



\* 6. An non consideras Pater impunitatem veram facem omnis malitiæ esse? ipsum enim ad similia iteranda excitat; aliis autem ad eadē audenda vexillum præfert; hac enim indemnitate spe, & fratrem suū, & totam viciniam ad sui imitationē excitabit. Quod ipsum concernit, an non audater in eadem peccata relaberur, si senserit priorem lapsum nihil asperum promeruisse?

*Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam,*

§. Bernardus, *Facilitas venia incentiuum parit delinquendi.*

Idem l. 3. de considerat. c. 7. *Impunitas incuria soboles, insolentia mater, radix impudentia, transgressionum nutritrix.*

Chrystost. Hom. in c. 1. ad Galat. *Qui pusilla dissimulant, ad maiora inuitant.*

Et quid non damni tam fratri quam aliis hanc eius indemnitate allaturam putas? An non spe eiusdem gratiæ eadem præsumunt & audebunt?

\* 7. Si misericordia aut clementia præstanda, bonis præstanda est, qui quamuis peccauerint, raro tamen, idque per ignorantiam aut inaduertentiam, aut fragilitatem humanam, non à proposito & merita nequitia dataque opera, quasi nihil aliud quam offensam Dei quærent:

*Cuncta cogitatio cordis intentia ad malum omni tempore.* Genes. 6.

*Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.*

*Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt.*

Euripides in Auge apud Stobæum Orat. 44. vel Sophocles in Tyro ibidem.

*Misericordia digni, non malefici, sed probi homines.*

Plautus in Truculento Act. 1. Scen. 1.

*Piculum est misereri nos hominum*

*Rem malè gerentium.*

Author incertus:

*Æquo animo, qui malis misereatur, est malus.*

Hæc & similia suggerente Iustitia, tot rationibus, ac argumentorum arietibus quassatus Pater iam in rigorem propendebat, animo secum volens quibus asperis verbis prodigium suum exciperet, iam fortè ostio admouerat, ut ad excludendum filium pessimum obderet; iam fortè scipionem suum eleuarat, aut arrepto nouo ad mensurandum dorsum filij properabat, ut iteratis & repetitis ictibus familiam deuoraturam feram longè à caulibus arceret: Et sic aduersus Prodigium Iustitia triumphabat.

Sed in pedes se erigens Misericordia causæ suæ nõ defuit, sed pro prodigo ad commouendam in Patre misericordiam rationes æquissimas temperauit, dicens,

\* I. Et quid? An non hominum est offendere?

*Labi, errare, decipi humanum est*

*Ingenium est omnium hominum procliuè ad libidinem.*

Terent. in

Andr.

Act. 1.

Scen. 1.

Genes. 8. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua; Non igitur percutiam ultra omnem animam uiuentem, sicuti feci. Spiritus quidem ad faciendum bonum & fugiendum malum alacer est; sed pondere suo animam ad sublimia euolantem aggrauat caro.

*Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

*Deprimit terrena cogitatio sensum multa cogitantem.*

*Dextera tenet lapidem, manus altera sustinet alar,*

*Ut me pluma leuat, sic graue mergit onus.*

Vide

Alciat.

Emble.

120.

Quis nescit mundum subinde etiam prudentissimos incantare? Diabolus peritissimus circumforaneus & astutus consiliarius, qui in angelum lucis se transformans subtilissimos quosque decipit: Iuuenili etiam sanguini in adolescentulis ebullienti aliquid concedendam est; neque enim pueri nascuntur senes,

Quam

*Quam iniqui sunt Patres in omnes adolescentes in-  
dices,*

*Qui aequum esse censent, nos iam à pueris ilicò nasci  
senes.*

\* 2. Considerandum Prodigum ex animo de  
commissa offensa dolere, peccatum suum agnosce-  
re, illudque calidis lachrymis deplorare:

*Quem poenitet peccasse penè innocens est.*

*Senec. in*

*Cum ingemueris tunc saluaberis.*

*Agamè.*

*Crede mihi, miseris coelestia numina parcunt*

*Cum bene peccati poenituisse vident.*

\* 3. Et illud perpendendum est, ipsum pro pecca-  
tis suis magna ex parte satisfacisse; si enim co-  
medendo aut bibendo excefferit, quam caninam  
famem & inediam pertulit? Si iugum paternum ex-  
cussit, si libertatem suo malo affectauit, quam vilem  
& rigidam apud extraneum Rhadamantum teruitu-  
tem, teruit?

*Duo & duo, & unum contra unum.*

*Ecccl. 33.*

Si bona aura praecesserit, nubila tempestas subse-  
cuta est; iam fumus ergo pares.

*Paululum supplicij pro magno peccato satis est Patri.*

*Terent.*

Et quamuis Dei maxima sit iustitia, tamen non iudi-  
cabit bis in idipsum, nec consurget duplex tribulatio, vt alia  
verbo habet.

\* 4. Quamuis Prodigus plurimum Patrem offen-  
derit, nulli tamen furando, latrocinando, percutien-  
do, violentiam intulit: sibi solum hilariter & geniali-  
ter, vixit, bona sua cum gaudio expendit, & quicquid  
secuturum erat mali, idiotum in capiteius redunda-  
uit: *Secum Rei personam perit, & Tortoris.*

\* 5. Afflicto non est addenda afflictio. *Calamum Isai. 42.*  
*quassatum non conteret, & linum fumigans non extin-*  
*quet.* Si non recipiatur, sed asperè reiiciatur, quid ex-  
pectandum erit, nisi vt desperatus abeat, omnem o-  
mnino conscientiam abijciat, ac tandem semetipsum  
perdat? Nulli fortius pugnant, quam qui de fuga de-  
sperant; nec vlli liberius & grauius peccant, quam  
qui de diuina misericordia desperant.

Nulla salus lapsis, nullam sperare salutem.  
Periculosa res desperatio.  
Crescunt culpa venia desperatione.  
Grauissimi sunt morsus irritatae necessitatis.

Port. la-  
tro in de-  
lam. con-  
tra catal.

\* 6. Quamuis Patrem offenderit, forte horum  
pars aliqua in patrem redundat; aut, quia eius tene-  
ram iuuentutem non satis castigauit; aut, quia ei legi-  
timam nimis cito concessit, & furioso petenti gra-  
dium, quo periret, in manus dedit.

Mantua-  
nus.

Blanda Patrum segnes facit indulgentianatos.  
Ita o Auditores beneuoli, sic, sic, parentes faciles, &  
ad quaeuis filiorum facta conuiuentes, ipsis autho-  
res peccati sunt, & laqueum quo suspendantur pa-  
rant, viamque ad aeternam damnationem aperiunt;  
adeoque merito maleficus quidam furca proximus,  
quasi valedicturus osculo, ore matri nasum praemor-  
dit, dicens, *No Prator, sed mater mea, me ducit ad suspen-  
dium*, significans se matris indulgentia corruptum in  
flagitium istud incidisse.

Quintilianus l. 1. Instit. ca. 2. *Vtinam liberorum no-  
strorum mores non ipsi perderemus! Infantiam statim deli-  
tibus soluimus, gaudemus si quid licentius dixerint: verba  
nec Alexandrinis quidem permittenda delictis, risu et os-  
culo suscipimus.*

Fieri etiam potuit, vt malo exemplo filio tot pecca-  
torum causa fuerit, sua scilicet saepe iterata crapu-  
la, leuitate, aut stultitia, vel erga vxorem, vel ancil-  
las, aut amicam superadductam, dum non cauet par-  
uulorum aures & oculos; nec meminit Prouerbialis  
consilij, *Si non caste, saltem caute*. Vnde Quatilianus  
supra:

*Nos docuimus, ex nobis audierunt; nostras amicas, no-  
stros concubinos vident. Omne conuiuium obscena canti-  
cis strepit, pudenda dictu spectantur: fit ex his consuetudo,  
deinde natura: Discunt hac miseri antequam sciant vitia  
esse*

Ituen.  
Saepe. 14.

Velocius & citius nos  
Corrumpunt vitiorum exempla domestica magnis

Caus

Cum subeunt animos authoribus. Et quomodo Cham poruit esse prudens, sobrius, & honestus, qui vidit Patrem suum Noe, ita vino obrutum, ut instar mortui in tabernaculo resupinaret, & pudenda detegeret. Merito itaque Cato Censor Manlium quendam Senatu amouit, quod uxorem suam praesente filia osculatus esset, ut refert Caelius Rhodoginus l. 4. c. 3. Deinde, Quantumuis aliqui Parentes plus æquò faciles & indulgentes sunt; aliquando tamen ab aurea mediocritate recedentes, nimio rigore suo causa sunt, ut paternum iugum excutiant filij, & in contemptum parentum per varias regiones vagentur; uti nimia indulgentia licentiam quiduis faciendi concedunt, & sic totalem perditionem ipsis commonstrant: Sic insignis ille Comicus introducit senem quendam miserè plorantem, & capillos euellentem, qui nimio suo rigore filium vnicum ad militiam protruserat, dicentem:

*Vbirem rescium ceppi non humanitus,  
Neq; ut animum decuit agrotum adolescentuli  
Tractare; sed vi & via peruulgata patrum  
Quotidie accusabam, &c.  
Postremo adeo res redijt, adolescentulus  
Sapè eadem & grauius audiendo victus est:  
Eum ego sicci hinc miserum iniustitia mea.*

*Heaut.  
Act. i.  
Scen. 11.*

quæ audiens vicinus, & vitam scilicet filij, & rigorem patris, vtrumque arguit, hunc rigoris, illum luxuriæ, dicens:

*Ambo accusandi.*

*Terent. ib.*

Quis ergo scit, an non aliquando vehementi furore, & ira erga Prodigium tuum exarseris! Chrysostomus in Matthæum, *Iustitia sine misericordia, crudelitas est.* Equum est, ut parentes instar cotium à suis filijs omnem rubiginem malitiæ abradant; sed sicut eos interdum oleo inungitur, ita etiam correptio filiorum paterna dulcedine, & benignis verbis temperanda est.

*Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui Galat. 6.  
spirituales estis, corripite huiusmodi in spiritu lenitatis.*

K 5

Bona-

Bonarum mentium est, ibi culpam timere, ubi culpa non est, inquit S. Gregorius, & quid si tu, aut nimia indulgentia, aut nimio rigore, aut malo exemplo Prodigum tuum perdidicisti; an non æquum erit, ut aliquam cum illo pœnam sustineas, ut in gratiam ipsum recipias, ut sub tua senili directione à desiderijs, concupiscentijs, & passionibus magis libera, de novo reformetur? quod in me est ego ita tibi faciendū cōsulo.

\* 7. Considera hominem pronum ad humanitatem, à qua nomen ducit, natum; quæ virtus homini ad eò propria est, ut Deus volens suam clementiam significare, se hominem nominet; cum verò Iustitiam & Rigorem Leonem, aut Ursam, ut notavit Theophilactus. Misericordia homini ad eò naturalis est, & cordi eius insita, ut Hieron. dicat, *Misericordia affectiva est, qua nec voluntate coercetur, nec rationi subijcitur; sed ipsas pias mentes ad compassionem dolentium necessario arguit affectu; ita etiam, ut si peccatum esset misereri, & multum vellem, non possum non misereri.* & Cassiodorus,

Hier. in ep.

*Sola misericordia est, cui omnes virtutes honorabiliter cedere non recusant.*

Quint. l. 5.

Inst. c. 1.

Hæc virtus apud Athenienses in tanta æstimatione fuit, ut scribat Quintilianus: *Prudentissima civitas Atheniensium misericordiam non pro affectu, sed pro nomine accepit: & alter:*

Stadius li.

12. Heb.

*Vrbe fuit media nulli concessa potentum, Ara Deum, mitis posuit clementia sedem, Et miseri fecere sacram, sine supplice nunquam.*

Imò & fides nos docet. Misericordiam aureas cœli claves habere, quibus Cœlū nobis panditur, vel eam ipsam portā. Quod mysticè significavit sapiens Rex Salomon in structura Templi sui, fabricando portas ex oleis, nihil enim aliud significare voluit, quam actiones & affectiones Misericordie nobis aditum in Cœlum æternum Dei templum patefacere.

Psal. 88.

*Misericordia edificabitur in cœlis Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

E contrario autem,

*Iudicium durissimum ei, qui non fecit misericordiam.*

\* 8. An non decet eum erga miseros & delinquentes misericordem esse, qui & ipse aliquando, aut Dei, aut hominum, misericordia eget? Neque enim vllō meliori iudicio quispiam conuincere potest, se recordari hominem esse iustibus fortunæ expositum, quam si miseris compatiatur & subueniat.

*Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.*

Ille apud Deum, & homines in aduersis auxilium reperiet, qui prosperis alienæ miseriæ subuenit.

*Voluit nos ille mortalitatis artifex Deus in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum vices, in altero quemque, quod pro se timeret asserere. Nondum hæc Charitas est, nec personis impensa reuerentia, sed similitum accidentium prouidi metus, & communium fortuitorum reliquus horror.*

Publius, *Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat.*

*Bona comparat presidia Misericordia.*

*Iucundus homo, qui miseretur & commodat; in aeternum non commouebitur. In memoria aeterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.*

*Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, uniuersum stratum eius uersabit in infirmitate eius.*

Publius, *Bonum ad virum cito moritur iracundia, quam Dei, quam hominum,*

*Et quamuis parentes misericordia filiorū opus nō habeant, est tamen quod à suis parentibus, quos sæpius offenderunt, veniam petant; opus etiā habet clementia Dei communis omnium patris, quæ quotidianis suis delictis sæpius offendunt: Æquum itaq; est,*

vt & ipsi clementia erga suos filios vtantur.

9. Ne diffidas, potest hic tuuus Prodigus in vinum probum & baculum senectutis tuæ euadere. *Athenenses abdicato vicerunt duce: Themistocle videlicet, qui iuuentutem suam tam malè exegerat, vt à patre hæreditate exclusus fuerit, & mater eius præ caetera vitam laqueo finierit: Paulatim maturescunt fructus vt ex oue in lupum, ita & ex lupo in ouem transformatio possibilis est.* Bernardus lib. 4. de consolat. cap. 3.

*Quid diffidimus reuerti posse in oues, è quibus uertuntur lupos potuerunt?*

Minus indecens est, si arguaris te bonitate & clementia excessisse, quam furore aut rigore. *Ignorant multa alijs, nihil tibi, aiebat Cleobulus: & ipse Christus mandauit Petro peccanti non septies sed septuagies septies culpam dimittere: Quod si hoc facerent est personæ publicæ, quid erit priuæ, cuius patrem nomen omnem dulcedinem & clementiam promittit, maximè erga proprium filium ita afflictum & consolatum?*

Quintil. Declam. 5. *Ignorat profecto patrem dolentem, astus, quisquis solatium putat, vt de languente filio queritur, vt moribus mentiq; maledicat.*

*Ibidem, Impatientissima res est, perdere filium cuius dearis irasci.*

His rationum atietibus cor Patris impetebatur hinc zelus Iustitiæ, inde Misericordiæ affectus in partes senem pertrahere conabatur: qui ad consiliu rationem aduocans, simul & modicum illud experientia & profectus in Sacris litteris quod fecerat memoriam ei uenit, Abrahæ & Saram in gratiam recepisse Agar, quæ à Domina sua profugerat postquam se humiliasset; recordabatur etiam in diuinis oraculis se legisse, Deumque factis comprobatur quod nolit mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & uiuat: iudicabat insuper crudelitatem hominem non decere maximè patrem: occurrebat. *Misericordiam uolo & non sacrificium, aliaque consilia*



bona quæ ei Deus concilio illi priuato praesidens sug-  
gererat, ita vt tandem misericordia motus in eius  
partes totus concesserit, ac Prodigum in gratiam  
recipere decreuerit: quod qui primus prodigo auctori-  
fuerat, Euangelium ei attulisset, & bonum honorarium  
meritus fuisset.

Cicer. ad Attic. lib. 2. O suauis duas Epistolas, quibus  
Euangelia deberi fateor!

Roman. 10. Quam speciosi pedes euangelizantium pa-  
tam, euangelizantium bona?

Videamus itaque quomodo vidrix misericordia  
victum senem agitaauerit.

II.

QVID HIC MOTVS IN CORDE  
Patris operatus sit, & quomodo oporteat nos erga  
pauperes affici, & esse potius manu facundos ad  
bene faciendum, quam ore facundos ad  
benedicendum.

Notandum itaque verbum græcum *ἰσπλαγχνισ-  
μῶν* misericordia motus, derivari à verbo *σπλαγ-  
χνίζομαι*, quod magnam afflictionem cordis  
significat, & quasi totalem perturbationem omnium  
viscerum, quæ etiam exterius se prodit, ita vt homo  
interius exteriusque fremat; nam eius primitiuum  
*σπλάγχνον* significat cor, viscera & intestina. Græcus  
itaque textus hunc Patris affectum, ita ferè describit  
sicut affectus Dei ante diluuium.

Tandem dolore cordis intrinsecus.

Genes. 6.

quod vtrunque etiam exprimit nostrum *Misericordia*  
motus; perinde enim est ac si dicas, cor eius repletum  
est miseria, vel angustia cor eius oppleuerunt, videns  
Prodigum suum in tam misero statu; nam vt inquit  
Isidorus: *Hinc appellata est misericordia, quod miserum* Isid. l. 9.  
*cor faciat, dolens de aliena miseria.* & Cicero, *Misericor.* Etymol.  
*dia est agritudo ex miseria alterius iniuria laborantis, aut* Cicer. l. 4.  
*agritudo ex alterius rebus aduersis.* Ex quo vltimus *Tuscul.*  
cor